

Communitatis Terre Castilionis  
Statuta ad publicam utili-  
tatem impressa.



Sub vmbra alarum tuarum prote-  
ge Castilionenses.

Communitatis Terre Castilionis  
Florentini Satutorum. Liber primus.  
Feliciter Incipit.



**I**n dei nomine Amen. <sup>Quo-  
nam ut</sup>

sic ait Philosophus nulla potest esse felix Communitas nisi sit ex virtuosis composita. Faciunt autem virtuosum bona dispositio, naturalis ratio bene considerata: et consuetudo in bonis operibus: cum ad rectum finem tenditur cum recta intentione, et opera ac convenientia cor-  
spondeant tali fini. Sunt autem infrascripta/cultus dei, dilectio proximi: ex quibus honeste vivere, alterum non ledere, ius suum unicuique tribuere.

¶ Igitur nos statuarij infrascripti cupientes Terram Castilionis Florentini esse felicem, et cunctis virtutibus abundare/vt sic perpendi non possit acceptio personarum sed operum, tam exhortatione premiorum quam metu penarum. Summi domini nostri Jesu Christi auxilio nomine et consilio invocatis, sine quo nullum rite fundatur exordium: qui etiam cuncta gubernat, disponit et regit, et ad ipsius reverentiam et honorem, ac beate Marie semper virginis matris eius, beati Joannis baptiste capitis et protectoris Magnifici et potentis Communis et populi alme civitatis Florentie: et beati Michaelis archangeli capitis et protectoris Communis et populi terre Castilionis predicti, et totius celestis curie. Ac etiam ad honorem et exaltationem et statum felicem Magnifici et excelsi et potentis Cois et populi dicte civitatis Florentie sub cuius brachio et protectione dicta terra Castilionis pregitur et gubernatur, ac etiam deo duce augetur in statu prospero pacifico et tranquillo. Et ad statum prosperum pacificum et tranquillum cois Castilionis predicti. ¶ Infrascripta sunt statuta et statutorum capitula vigore auctoritatis, potestatis et balie nobis concessa et attributa per consilium generale cois Castilionis predicti, et per ipsum consilium dicta infrascripta statuta et statutorum capitula approbata et emologata, et vigore pactorum initorum inter dictum Magnificum et potens commune Florentie et dictum commune Castilionis: et omnia via iure modo et forma quibus melius fieri potest facimus statuimus et ordinamus prout in ipsorum capitulorum serie infra continetur.

¶ Nomina autem dictorum statuariorum sunt hec vj.

- ¶ Dñs Joannes portagioie iurisperitus
- ¶ Ser Nicolaus angeli notarius
- ¶ Ser Angelus moscadi notarius
- ¶ Ser Laurentius angelutij notarius
- ¶ Ser Christoforus petri notarius
- ¶ Ser Laurentius Joannis notarius.



hospitali Sancte Marie de Misericordia de Castilione: vel hospitali Sancte Marie Nouelle sit libera et absoluta ab omni onere reali et personali dicto comuni Castil. prestando: nec ipsa fraternitatis vel hospitalia propterea molestantur: villo capitulo huiusmodi statuti. s. vel infra posito non obstante.

**¶** In coi sunt duo volumina statutorum.


- Statutum** prouisum et ordinatum est in qd comuni Castilionis scribantur et fiant duo volumina statutorum/ quorum vnum stet et stare debeat penes potestatem et eius curiam: et alterum stet et stare debeat penes priores comunis Castil. in palatio dicti coi.

## Registrum:

A B C D E F G

**¶** Omnes sunt terni preter G qui est quaternus.

**¶** Ad omnipotentis Dei laudem Beati Michaelis Archangeli: opus perfectum exiit Perusie per Hieronymum Francisci Balasarris de Cartholaris.  
1535. die. 11.  
Octobris.




# Registrum.

AA BB CC DD

Omnes sunt terni preter D qui est quaternus.

Ad omnipotentis Dei laudem Beati Michaelis  
Archangeli: opus perfectum extitit Peru  
sie per Hieronymū Francisci Bal  
dasarris de Cartholarijs.

1535. die. 27.  
Octobris.



**Communitatis Terre Castilionis  
Florentini Statutorum. Liber Tertius  
s. de maleficijs. Feliciter Incipit.**

**Qualiter in maleficijs.**

**Cap. I.**

**Conuictum** et ordinatum est. Quod omnis potestas seu rector

**P**beat quolibet denunciatum/accusatum/vel inquisitum/cuiuscumque sexus existat et ex quocumque delicto facere citari per baiulos vel nuntios dicti communis personaliter/vel ad domum sue solite habitationis.

**E**t si in Castilione vel districtu non habitaret/citari debeat ad Petronem comitis. In qua citatione assignetur terminus trium dierum. quem debeat comparere ad se excusandum et defendendum cum cedula citatoria scripta et subscripta manu notarii maleficiorum continente tenorem et effectum denuntiationis/accusationis/vel inquisitionis/et effectum maleficij/locum/et tempus/in accusatione inquisitione vel denuntiatione contenta. Et citatio aliter facta non valeat. Et quicumque pertingeret per potestatem vel eius curiam inquiri per aliquem/vel per accusationem/inquisitionem vel denuntiationem procedi de aliquo maleficio excessu vel delicto/de quo imponeret pena centum soldorum vel abinde. Et teneat ipse prius die qua incepit ipsum processum/notificare per cedulam manu eius officialis maleficiorum scriptam Syndicis appellacionum communis per tempore existentibus. In qua cedula contineat tenor et effectus accusationis/inquisitionis/vel denuntiationis/et locum/et tempus ad penam ipsi potestati tandem eius de quo imponeret pena excessus vel maleficij non assignati ut dictum est per cedulam. Quas cedulas dicti Syndici assignare teneant in fine officij potestatis illis qui deputati fuerint ad sindicandum dictum priorem. Qui accusatus/inquisitus/vel denunciatus/si non comparuerit in dicto termino/dictus prius vel eius iudex/eum faciat ex banniri in quantitate qua penderi deberet ratione maleficij vel delicti/in accusatione/inquisitione/sive denuntiatione contenti per preceones dicti communis. **E**t si bannum quantitate pene excederet/in eo quod excederet non valeat. Et talis exbannitio fiat in scalis palatii vel ad domum habitationis talis accusati denunciati seu inquisiti. Et si alibi vel aliter fieret non valeat. Et in ipsa exbannitione assignetur terminus. v. dierum proximo futurorum. Quo termino elapso si talis exbannitus contumax fuerit ipse prius vel eius iudex ipsum condennare teneatur in formam statutorum dicti comitis tanquam confessum contenta in accusa seu in inquisitione vel denuntiatione. **S**aluo quod si procederet super aliquo maleficio excessu vel delicto super quibus beneficium pacis prodesset: quod eo casu ad condennationem percedere non possit pendentibus terminis datis per formam statuti de beneficio pacis ad ipsum perducendum. **S**i vero talis citatus vel exbannitus comparuerit/et idonee satisfecerit curie de soluendo condennationem de eo fiendam: tali coparenti assignetur terminus. v. dierum preceptorie ad omnem suam defensionem faciendam.

not d m  
citad



Joannes Francisci Pauli & Accursij  
 Ludovicus Marchionis  
 Christophorus Andreæ & Bonaveris  
 Hannes Antonij dal panno  
 Ser Michael  
 Franciscus & Hannis  
 Galeottus  
 Paulus Dominici ser Hannis  
 Laurentius ristori  
 Benedictus &  
 Thomafius Laurentij ristori  
 Lucas maggij

Paulus &  
 Laurentius Luce maggij  
 Ser Christophorus Marchi giunte  
 Ser Christophorus Petri gorini  
 Franciscus ser Christophori Petri  
 Bonatus Angeli naldi  
 Ser Rinaldus Angeli ser Hansi  
 Lucas Jacobi Hannis  
 Stefanus Antonij Stefani maliscalchi  
 Christophorus Antonij mignarra  
 Filij dñi Luce Nicolai Luce  
 Laurentius nerij giannotti.

### Registrum.

AAA BBB CCC BBB

Omnes sunt terni preter BBB qui est ouernus.

Ad omnipotentis Dei laudem Beati Michaelis  
 Archangelis opus perfectum exiit Peru  
 sic per Hieronymū Francisci Bal  
 dasarris de Cartholaris.


1535. die. 13.  
 Nouembriis.

*Ser Bonavella*

*Andrea*

*Antonio*  
*vedi nella*  
*precedente*  
*pag. XXI*  
*colonna*  
*2. in principio*

*Cristofano*  
*vide. column*  
*num. I. hunc*  
*pag. XXII*



Communitatis Terre Castilionis  
Florentini Statutorum. Liber Quartus  
s. de extraordinarijs. Feliciter Incipit.

De officio et auctoritate officialis extraordinariorum. Cap. Primo.

**O**mnis potestas terre Castilionis vinculo iuramenti et ad penam ducetaz libraz de suo salario retinendaz teneat et debeat in principio sui officij deputare notarium quem secum duxerit et ipsius tenere ad officium extraordinariorum: et deputatus ex nunc auctoritate prioris statuti iuris ligat. Qui notarius et officialis teneat et debeat dictum officium extraordinarium sollicite diligenter ac fideliter exercere et per terram Castilire die ac de nocte: et investigare perquirere ac rimari per delinquentibus et prefacientibus per formam statutorum et capitulorum in priori volumine. iij. lib. extraordinariorum et quolibet ipsorum: et repertos culpabiles describere in quodam quaterno quem secum portare debeat: et ipsos referre dicto domino priorati/nullo pretermisso sub obmisso. Qui prioratus et iudex teneant et debeant ad penam ducetaz librarum ut. s. de suo salario retinendaz tpe sui sindicatus dictos sic per eius officialem repertos culpabiles et per formas statutorum extraordinariorum vel aliquos ipsorum delinquentes perdenare et punire secundum formam dictorum statutorum. Et penas et bana exigere et in comitiis facere deueniri/formam do inquisitiones per tales delinquentes et eos citari faciendo. Et officium per se admittere et perdenationes ferendo sicut fit et fieri debet de maleficijs et danis datis. Et stetur et stari debeat inuentioni et assertioni dicti notarii de omnibus quos rimando et perquirendo inuenerit prefacientes. i. scriptorum capitulorum. Et teneatur dictus dominus prioratus iudex et officialis facere obseruari impositas factas et fiedas per impositores comitis super venditibus pane carnes et pisces et non permittere aliquo quesito colore per vel propter dictas impositas vendat vel fiat: et si prefacitum fuerit punire et perdenare in penis in statutis contentis. Et si fuerit obseruata dicta imposita vel non tpe sindicatus dicti domini prioratus et officialis stetur dicto et attestationi impositorum predictorum. Et habeat et habere debeat dictus dominus prioratus de penis et banis perdenationum extraordinariorum que fecerit et exegerit parte sibi concessaz per formam presentium capitulorum. Et ubi statuta non loquerentur/habeat et habere debeat parte sibi concessam per formam statuti positi sub rubrica de parte debenda domino priorati et curie. Et non possit villo quesito colore dictus notarius habere vel recipere sine petere a talibus prefacientibus aliquid pro cassatura vel aliqua alia causa: sed solus prioratus teneatur et petere possit a generali camerario de perdenationibus factis et exactis ut sibi. s. permissus est. Et sindicetur dictus officialis per syndicos domini prioratus de commissis et obmissis circa eius officium et contentis in presentibus capitulis et statutis/et repertos culpabilis vel remissus condeneat secundum formam iuris et statutorum.

... et per hanc capitulum...

... et per hanc capitulum...


# Registrum.

AAAA BBBB

Omnes sunt terni preter BBBB qui est ouernus.

Ad omnipotentis Dei laudem Beati Michaelis Archangeli: opus perfectum exitit Perusie per Hieronymum Francisci Balasarri de Cartholarijs.

1535. die. 18. Nouembrio.



... et per hanc capitulum...

... et per hanc capitulum...



**Communitatis Terre Castilionis  
Florentini Statutorum. Liber Quintus  
s. de dānis datis. Feliciter Incipit.**

**De officio et auctoritate officialis dānoꝝ datorum. Cap. Primo.**



**O**tarius et officialis dānoꝝ datorum terre Castil. p  
ipsum cōe Castilionis ad dictū officium

dānoꝝ datorum deputatus siue electus/forēsis siue terrigena te  
neat et debeat quolibet die et omni tpe anni ire per districtus et  
comitatū cōis Castil. ad perquirendū et rimādū et pquirere  
et rimari diligenter vna simul cū nuntio dicti officialis sibi p  
dictū cōe deputado: et inuenire oēs et singulos et quoscūq; dā  
nū dantes et quolibet dānū facientes psonaliter vel cū bestijs p formā iuris/siue  
p formā pntium caploꝝ siue statutoꝝ et ordinamentoꝝ cōis Castil. siue alterius  
ipsoꝝ. Et dictos inuentos siue reptos et quēlibet ipsoꝝ describere in quodaz ba  
stardello dicto notario per dños priores dato et psignato/oibus cartis dicti ba  
stardelli signatis et marchiatis marchio et signo cōis Castil. de qua psignatione  
vt. s. facta cancellarius faciat scripturā et recordū in libro reformationū. In quo  
bastardello/dictus officialis debeat statim et incōtinenti scribere oēs et singulas  
suas inuentiones quas singulis diebus fecerit et inuenit/et locū vocabula et cō  
finia/et diē dāni dati/et ita plene et clare scribat q; ex ea scriptura dānū datū exi  
stat certū et clarū. Et q; dictus cancellarius expēsis cōis simili mō et formā hēat  
et faciat aliū bastardellū in quo bastardello singulis diebus registrent manu vi  
cti cancellarij dicte inuentiones pena lib. x. den. corij. dicto officiali de suo salario  
retinēda pro qualz die qua registrari nō fecerit dictas inuētionē p dictū cācel  
lariū et in pntia nuntij dicti officialis. Et dictus cācellarius sub vinculo iuramēti  
teneat et deat pdictas registrationes facere et registrare ad requisitiōē dicti offi  
cialis. Et de dictis inuentionibus et dānis datis p oēs et singulos et quoscūq; in  
dicto bastardello dicti officialis descriptos et inuentos dare dānū vt. s. cū plona  
siue cū bestijs credat et scē scripture vt. s. dicti officialis/et p legitima pbatōne  
hēatur. **E**t q; de inuentionibus et descriptionibus pntentis et descriptis in ba  
stardello dicti officialis pro dānis datis ab aliqua bestia seu bestiaz que vedes  
rint dānū seu sociū vel socios cū precepto q; psonalr cōpareant. i. tres dies a die  
citationis ad pntendū siue ad se excusandū et defendendū a dicta inuētionē et dā  
no dato: cuius pntumacia nō obstāte pcedat ad pdēnationē et p m formā statutoꝝ.  
Hoc tñ semp excepto salvo et reseruato in predictis et circa pdicta q; si aliqui vñ  
aliqui inuentus vel inuēti seu descripti in dco bastardello dicti officialis/ dicerēt  
et pquererēt de tali inuētionē et descriptiōe vel aliqua a'ia tanq; p errorē et p  
debitū iuris facta/et dicta querela facta fuerit corā officio dñoz prior terre Ca

*Handwritten marginal note in the right margin.*

*Handwritten marginal note in the right margin.*

